

Johann Quistorp


**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius, S.S. Theologiae Doctor
... Ad Exequias, Quae ... Wilhelminae Merulae, Hodie media prima pomeridiana a
Coniuge moestissimo ... Dn. Sebastiano Walraven/ I. U. Cultore eximio,
parabuntur Academiae Cives invitat**

Rostochii: Pedanus, 1628

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756286603>


Druck Freier  Zugang






Uiac
orum
regium.

Vol. 241. (3.) <SON>





RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES QVISTORPIUS,
S. S. Theologiae Doctor, Pro-
fessor & Ecclesiastes.

Ad
Exequias,

Quae
LECTISSIMAE FOEMINAE
WILHELMINAE
MERULAE,

Hodie media prima pomeridiana

a
Conjuge moestissimo


PRÆSTANTISSIMO ET DOCTISSIMO

Dn. SEBASTIANO Walraven/

J. u. Cultore eximio,

parabuntur

Academiae Cives invitat.



ROSTOCHII

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.

Anno M. DC. XXVIII.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS
JOHANNES
QUISTORPIUS
S. S. Theol. Doct. Professor
& Ecclesiastes.



Res menses & dies in-
super pauci sunt, quan-
do GULIELMINA ME-
RULA conjugalem tho-
rum ingrediebatur, que
nunc vix gustastis sua-
vis ac concordis conjugij deliciis, exan-
gue cadaver ad sepulturam effertur. O
spes hominum fallaces! o gaudia vana
& fugacia! Quam impense per annos
aliquot amarat, cujus diutule Inuptias
ambierat, quam in domum suam lætus
deduxerat, qua cum se omnem vitam
suam in concordi & facundo conjugio
trans-

transacturum sponderat maritus
maestissimus, eam mortis sibi violentia
ereptam, & sepulchro inferendam ma-
didis intuetur oculis. Proh quanta il-
le spe excedit! proh tristes illas mæro-
rum laticæque quas experitur vices!
Vix intrârat emortua mariti domum:
avocatur ille à suis Hamburgum: nova
nupta, quæ propter itinera, à milite in-
festa, Comes esse non potuit, domi re-
dicta, Sive suavissimi conjugis absentis
desiderio, sive morbi antè in venis la-
tentis semen tum erumperet, lecto af-
figitur, in eoq; quantisper domo mari-
tus absuit detinetur. Revertitur ille
domum duodecimo Martij circa ve-
speram, vitæ sociam, omnibus viribus
exutam, extrema ducentem suspiria
deprehendit, singultibus lacrymisque
permistis verbis salutat; imbecilli voce
respondentem audit; inter oscula am-

plexusq; suos agrè supremum, tristeq;
vale sibi dicentem concidere intuetur.
Si fas esset mortis accusare inclemen-
tiam, non immerito in hoc funere id
fieri videri posset: quæ egregiis natam
majoribus, eleganter eductam, ætate
juvenem, pronuper feliciter elocatam,
in ipso conjugialis vitæ ingressu sustu-
lit. Nata hæc nostra fuit Lugduni Ba-
tavorum, anno supra millesimum sex-
centesimo quinto, mensis Decembris
die decimo tertio. Patrem habuit lu-
men illud ocellumq; Hollandiæ PAU-
LUM MERULAM J. C. historiarumq; in
Leidensi Academia Professore quon-
dam celeberrimum. Qui nominis sibi
æternitatem multi jugæ lectionis ac
eruditionis plenis scriptis peperit: edi-
dit quippè ^{πράξι} civilem provincialis
curiæ apud Batavos. Ennij antiquissi-
mi Poætæ, fragmenta annalium, ^{et}
æta

Et à se, commentariis illustrata; Eutro-
pium; vitam Desiderij Erasmi ejus-
demq; epistolas aliquot ineditas; præ-
terea tragicam ANGELE MERULÆ ma-
gni patris historiam illam memorabi-
lem. Cosmographiæ generalis libros
tres, & specialis libros quatuor, in quib⁹,
si non omnib⁹, qui in hoc genere quid-
quam unquam scripserunt, palmam
præripuit, dubiam tamen fecit. Taceo
quam lingua Hollandis vernacula scri-
psit Historiam Ecclesiasticam & Poli-
ticam, *xxviiij. & iij. & iij.* aliaq; scripta exi-
mia, quibus ille monumētum ære per-
ennius sibi erexit. Matrem habuit Ju-
DITHAM BUYS, GRYPHIAM, BARTHOLO-
MÆ BUYS GRYPHIJ, Dn. JOHANNIS
ALBERTI, Principis olim Megapolita-
ni, quantisper in vivis erat, Consiliarij,
post in Illustrium Hollandiæ procerū
originem assumpti, filiam, avum pater-
num

A 3


num

num habuit GULIELMUM MERULAM,
Secretarium urbis Dordracensis, avum
maternum verò, prædictum Bartholo-
mæum Buys Gryphium. Si parentum
genium, ut crebro fieri videmus, refe-
runt liberi, quis non eam ingenuam
indolem ab iisdem accepisse augurabi-
tur? quod & eventus docuit. Natura
siquidem eam ad illas, quæ sexum fæ-
mineum exornant virtutes, factam esse
ex non obscuris indiciis colligi potuit.
Postquam ad annum ætatis duodeci-
mum in ædibus parentum vixisset, huc
ad nos Rostochium anno 1618. missa est,
ut juxta cum WILHELMO, BARTHOLO-
MÆO, JACOBO fratribus magnæ spei ju-
venibus, & sorore JUSTINA apud JO-
HANNEM ALBERTUM GRYPHIUM, tum
temporis Reipublicæ hujus Syndicum
excellensimum, avunculum suum,
liberis ex se natis carentem, viveret; in
ejus


ejusdemq; adibus ad pudicitiam, & illa,
quæ in futura matre familias requirun-
tur, educaretur. Benè res successit, in-
signis illa virtutibus virginalibus, & jam
plenis annis nubilis, qui, ejus ambirent
nuptias juvenes invenit egregios; exā-
biit Vir Politis. & Doctis. Dn. SEBA-
STIANUS Walrave, Themidos cultor in-
dustrius, JOHANNES Walraven cive &
mercator apud Hamburgenses olim
primario natus. Spondebant sibi con-
juges novelli, diuturnum conjugium,
ex quo annis saturi senes discederent,
sed aliter visum fuit ei, qui vincula con-
jugalia constrinxit, placuit eidem illa
opinionem citius dissolvere. Quumq; ad
Tabem nostra hæc inclinare videretur,
quæ ad Rerumpublicarum bonum e-
ducatos fratres jam ante sustulerat, ea-
dem & illam confecit, postquam ætatis
annum vigesimum secundum supera-
verat.

verat. Non potest non maritus Conju-
gem quam impensè dilexerat, ad exi-
guum sibi tempus tantum concessam,
lugere: non potest non soror IUSTINA,
Viro Clarissimo, Consultiss. Dn. AN-
TONIO **Wolreich** I. U. D. provincialis
in hac Megapoli Dicastrij Advocato
& Procuratori Eximio nuptum data,
amissam sororem deplorare: non po-
test non, Mater adhuc invivis existens,
ad nuncium sublatae filiae planctus in-
geminare.

Verum quia se lamētis & questibus nihil
effecturos, nec iis mortuam reduci in hanc
vitam posse, sciunt, modum illis ponent,
nec iisdem, ad caelos translatae quietem &
gaudia turbabunt, suamq; voluntatem di-
vinæ submittent. Vos Academiae cives Do-
centes, Discentes, funeris deductioni quæ
ad hodiernam mediam primam in templo
Jacobæo fiet, interesse, frequentiam vestra
Mariti cum primis luctum lente, veritatem
hinc mortalitatem discite, & ad piam emi-
grationem mature vos componite P. P. Ro-
stochij 16. Martij Anno 1628.







the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 C3 B3 A3 C4 B4 A4 C5 B5 A5 C6 B6 A6 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering - Scan Reference Color TEX3 - Serial No. 09A

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
minentis vim , non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolixis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
storû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
bente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debiliore
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructions, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
ascens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum